



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hexameron Mysteriologicvm in quo ex Gen. c. 1.  
Cosmopoeja Hominis Lapsi Mystica id est Omnia omnium  
à Creatione Mundi statuum propriè dicta Sacra menta  
salutis perditae restaurativa nec non Hierarchia ...**

**Stummel, Friedrich  
Sneps, Martin**

**Heripoli, 1663**

Reseratio Vigesima Secunda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9468**

## RÉSERATIO VIGESIMA SECUNDA.

*Fit progressus ad alteram specie-  
m Luminaris Hierarchici,  
qua est jurisdictionis Hierar-  
chia, ejusq; duplex potestas  
fori interni & externi decla-  
ratur.*

**P**lus ultra: Hierarchiam ju-  
risdictionis aggrediamur,  
ea est distincta ab aliis Hierar-  
chis, & potissimum per actionem  
hierarchicam in subdi-  
tum concipi debet: recte de-  
scribitur esse: *Ordo sacer in  
Ecclesia per actionis sacrae potes-  
tatem subditos ad mandatorum  
observantiam & Dei similitudi-  
nem adducens.* Duobus mo-  
dis, juxta duplicem fori inter-  
ni & externi operatur jurisdic-  
tionem, videlicet per potes-  
tatem

D 2 statem

statem cōactivam & potesta-  
tem illuminativam docendo,  
Sacramenta administrando,  
indulgentias dando &c.  
De jurisdictione fori externi,  
quæ est potestas cōactiva alte-  
rius etiam inviti haud surdi-  
cēde pot-  
testate aure Magnus ille Gerson  
Eccle- Cancellarius Parisiensis au-  
gast. confid. diendus , exponens illud  
4. & 5. Matth. -- -- -- die Ecclesie:  
Matth. quod si Ecclesiam non audierit  
18. sit tibi sicut Ethnicus & Publica-  
nus , quo in loco fundatur, in-  
quit, juridica potestas excom-  
municandire belles & inobedien-  
tes Ecclesie ut est potestas diffi-  
niendi, determinandi, consti-  
tuendi, decernendi præcepta, le-  
ges & canones. Hac potesta-  
te utriusque sexūs fideles, pro-  
ut ex

ut expedit, pœnâ spirituali  
& medicinali, quam censuram  
dicimus, coguntur, castigan-  
tur, emendantur; eaq; dividi-  
tur communiter in excommuni-  
cationem, suspensionem &  
interdictum &c. de qui-  
bus, quod heri & hodie con-  
cluserunt Doctores Classici,  
concludimus sicuti heri ita &  
hodie. Jurisdictionem fori  
interni Gerson eodem loco <sup>Gerson</sup>  
definit esse: potestatem Ecclesiasticam super corpus Christi consid.  
mysticum, illuminando & perfici-<sup>6.</sup>  
endo ipsum per doctrinam, sa-  
cramentorum administratio-  
nem, & purgando per baptismi  
& pœnitentia sacramenta. Hæc  
spontaneos per voluntariam  
Subjectionem non tantum cō-  
actos Subditos potest habere,

D 3      cum

cum ad Sacramenti necessita-  
tem subjectio voluntaria Su-  
scipientis sufficiat ab illo, qui  
conferre potest, si tamen pœ-  
nitentia Sacramentum exci-  
pias, in quo stricta subjectio,  
requiritur, quâ sine materia  
deficit, qui est peccator subdi-  
tus, Subditus, inquam, nedum  
per voluntariam subjectio-  
nem, sed aliena Superioris au-  
toritate, adeo, ut peccator  
ultrò & voluntariè se subjici-  
ens non det illi in se jurisdi-  
ctionem fori interioris, sed ab  
aliquo Hierarcharum confer-  
ri debet, subaudi, propriè di-  
cto, vel saltem Parocho, nam  
*hoc*, inquit, Gerson sup. pri-  
mus statuit Legislator Christus,  
*hoc Ecclesia sic elucidavit & tra-*  
*didit, ne confunderetur cœli-*

CHI

cum Regimen, neq; hiarchi-  
cus ordo turbaretur, quem tra-  
dit Dionysius talem esse, ut in-  
fima reducantur ad summa per  
media.

### RESERATIO VIGESIMA TERTIA.

*Jurisdictio bierarchica, quā  
cum subjectione correlativa  
reducitur in utrōq; foro ad  
summa per media, & quibus  
competat.*

**E**sto; imò nullus dubito, Sa-  
cerdotes ex sua ordinatio-  
ne verè & propriè recipere po-  
testatem quā constituantur in  
actu primo Judices & Ministri  
in foro interno, & ab hac pote-  
state in ordinatione recepta  
procedere in actu secundo  
sententiam judicialem & re-  
missionem peccatorum tan-

D 4      quam